Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

signorum contra rectè in gra. 14 mi. 36 ♎ deueni. Cui summæ 90 insuper gradus adiiciens iterum in Zodiaco ad 14 gra. 36 mi. ♑ delatus sum, locum eum quem scire institueram.



DE CONSEQVVTA ANGVLI QVANTITATE illius, qui in 14 to gra. & 36 mi. ♎ fit, sicut ex aduerso in ariete, nihilq; aliud quam 90 mi. gradus ab ascendente altitudinem exhibet. Caput Septimum.



CVm constaret ex premissis iam arcus ille quantus foret à puncto eclipticæ occiduo & intersectione, tum meridiani tũ horizõtis ex parte australi, eundẽ in meteroscopio illico resumpsi, erat autẽ gra. 81 m̃ 15 ab A cõtra C eundo, resumptumq; G litera inscripsi, à litera G sursum versus B. Denuo altitudinem eclipticę meridianã, quæ fuit gr. 17 m̃ 59 numeraui, finemq; numeri huiꝰ F litera insigniui, per punctũ deinde F filum directũ in limbo B C indicare punctũ K videbatur, distãs à C gr. 18 mi. 16, hæc est autẽ altitudo 90 m̃ gra. supra horizontem includens angulum eclipticæ & horizontis, tã orientis quã occidẽtis parte. Licet autẽ alia quoq; via angulus iste haberi quæat, breuitatis tamẽ consulens plura agere nolo, nihil enim dubito quin per temet & reliquos demonstrandi modos ex hiis facile consequaris.



DE DECLINATIONE GRADVS ECLIPTICI descẽdẽte, per interuallũ sui occasus reperta, Caput Octauũ

NTeruallũ siue amplitudinẽ gra. eclipticiillius qui occidebat obseruationis nostræ tẽpore caput sextũ declarauit, gra. scz 8 m̃ 45 meridionalẽ fuisse. Hãc numeratã ab A versus B cum L litera margaritaq; connecto, ab hoc autẽ altitudinẽ æquatoris Ingolstadiani quæ in limbo gra. 41 m̃ 20 habuit, cõspicio. Per eũ vero locum filo transmisso vnio iuxta punctum F gra. 5 m̃ 46 quæsiti vcz puncti declinationẽ arguit. His igitur paucis prælibatũ volo qua methodo ad Cometæ obseruationẽ instructꝰ accesserim. ¶Nũc quomodo cũ Cometa ipso trãsegerim cognoscetur. Obseruatio autẽ prima nobis peracta est 13 Augusti die, hora 8, m̃ 22 ferè pomeridianis, nõ ita multo post Solis occasum.



DE OBSERVATIONE NVNC COmetæ ipsius primi Caput Nonum.

FActo iã Solis occasu cũ cometa verticali circulo videretur esse propinquior, instrumentũ capiens vocatũ planimetrum, primo Bootẽ cõtueri cæpi, vtrum vcz is in verticali circulo esset, nec ne. Verũ cum ille exactè verticalẽ tenere appareret, regulamẽtum idẽ Cometã versus dirigẽs, eiusdẽ Azimuth ab occasu altitudinemq; suprahorizontẽ exquirere studui. Quo peracto, caudã quoq; eodẽ instrumẽto suspicẽs in eius extremitate punctũ quoddã imaginabar, simulac cõtẽplando quãtum ab occasu differret septẽtrionalior, quãtaq; eiꝰ esset supra horizontẽ eleuatio. Hęc autẽ totiꝰ meæ obseruatiõis ratio erat, ex qua ea quæ sequũtur sese obtulerũt.

¶Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 7 mi. 56
¶Azimuth Cometæ ab occasu versus Sept: gra. 49 mi. 26
¶Altitudo Extremitatis caudæ supra horizontem gra. 20 m̃ 3
¶Azimuth extremitatis caudæ occidẽtale & septentrionale ♉ 59

Fateor

¶Fateor tamen interim me ante Solis ortum non cometã hunc cõsiderasse, atque hoc ideo, quod 13 iam die mensis Augusti, quo primum à me obseruaretur, non amplius matutinum ante ortum visus sit, qualis à principio soluit. Occultationis autem causa in sequentibus planissime discetur, idcirco prius consilium sequutus singulas obseruationum partes capitatim recensere malo.

QVOMODO DISTANTIA COMEtæ à puncto occidẽtis eclipticæ, nec non angulus ab hoc arcu in horizõte causatus principio inquisita sint. Caput Decimũ

EXtum Caput demonstrauit obseruationis hora 14 gra. 36 mi. ♎ occidentem occupasse, à quo puncto distare Cometã verè deprehensurus, ad interuallum gradus occidentis quod fuit 8 gra. 45 m̃, Azimuth Cometæ 49 gr. 26 mi. iungo, summamq; gra. 58 mi. 11 constitutam, post in meteoroscopio ab A versus C requisitam cũ G litera noto, à quo procedens seorsum B accedẽdo per 7 gra. 56 mi. id quod Cometæ altitudo fuerat per literam F signo. Per eam vero literam dimittens filum, sectionem eiusdem in limbo iuxta E obseruo, margaritamq; in F colloco. Postremo filum in A B linea donec H punctum vnio teneat, promouens, punctum illud H distantiam Cometæ verã ab occasus puncto referre pronunctio. Quantitatẽ simili ter anguli accipiens eã, quã arcus ille distãtiæ modo repertæ cũ horizõte creat, arcum limbi G E cõsiderãs gra. illius 9 m̃. 19 esse cõspitio.



DE VERO COMETAE LOCO IN ECLIPtica secundum lõgitudinem cõstituti, Similiter de latitudine eiusdem cognitis. Caput 11.

PRæcedẽs caput angulũ indagauit eũ quẽ arcus inter cometã & gra. eclipticę occidẽtali cõsistẽs vnà cũ finitore efficit, gra. vcz 9 m̃ 19. Septimo etiã ostẽsus est angulus eclipticæ & horizontis, nempe ♉ 18 m̃ 16. Quos ambos nũc cõnectenti summa gr. 27 m̃ 35 consurgit. Hãc summã in meteoroscopii limbo iterans à C ordiendo ad Eq̃ procedẽdo, per idẽ E filũ tendo, margarita vero cũ prius iã in linea A B distãtiã cometæ gr. 58 m̃ 31 teneat, eadẽ in puncto F gr. 23 m̃ 15 distãtiã cometæ ab eclipticа, quæ & latitudo dicatur borealis, docet. Eodẽ in circulo ad G vsq; descẽdẽs inter A & G 63 ♉ 51 mi offendo, quæ distatia est cometæ à 14 gr. 36 mi. ♎. Quos gra. & m̃ postq̃ in Zodiaco successum signoq; cõtra numero 19 leonis gra. ♌ 15 incidẽs, verq; eum Cometæ locũ in eclipticа esse pronunctio. At hoc interpretãdum est secundũ visus nostri lineã, aspectus enim diuersitas quanta causetur breuitatis huiusmodi non est in presens discutere.



DE COMETAE DECLINATIONE ascensionęq; recta obtentis. Caput 12

OBseruatio prima docuit, veluti Cometa 49 ♉ 26 ♌ Azimuth ab occasu septentrionem versus distiterit. In altitudine vero gr. 7 mi 56. Ideo 49 gr. 26 ♌ ab A contra C numeranda erant, horumq; finis cum G signandus. Iterum autem à G versus B ascendenti per gradus 7 m̃ 56 litera F ponenda fuit, huicq; filum cum margarita rectè ordinata super inducendum, quæ fili extensio in limbo quantitatem anguli horizontis & ortus à cometa ad occasum æquinoctialis ducti ostenderat, hoc est, gra. 30 mi. 24. Post hac filo in A B posito margarita gr. 49 mi. 54 in

puncto